

## LIBER V. 527

classē conscendit, & post diem tertium Caraleis in Sar-  
 diniam peruenit. Ibi Sulcitanos, quod Nasidium, ejusq; in Italiā  
 classē receperant, copijsq; iuberant, HS. centum milli-  
 bus multat, & pro decumis, octanas pendere iubet, bo-  
 naq; paucorum vendit, & ante diem III. Calendarum  
 Quintilis naues conscendit. Et à Caralibus secundum  
 terram proiectus, duo de trigesimo die, eò quòd tem-  
 pestatibus in portibus cohibebatur, ad ur-  
 bem Romam uenit.

Vid. infr. Glareani annotationes pag. 132. — 133.

## A. HIRTII AVT

OPII COMMENTARIORVM DE  
 bello Hispanensi liber  
 sextus.

**P**HARNACE superato, Africā re-  
 ceptā, qui ex his praelijs cum adoles-  
 scente Cn. Pompeio profugissent, cū Cn. Pom-  
 & ulterioris Hispaniæ potitus esset, lescens.  
 dum Caesar muneribus dandis in Ita-  
 liā detinetur, quòd facilius præsidijs  
 contra compararet Pompeius, in fidem uniuscuiusque  
 ciuitatis confugere cœpit. Ita partim precibus, partim  
 vi, bene magnā cōparatā manu Provinciam vastare cœ-  
 pit. Quibus in rebus nonnullæ ciuitates suā sponte aus-  
 xilia mittebant. Item nonnullæ portas clauderant, ex  
 quibus, si qua oppida uicinerat, cum aliquis ex eā ciui-  
 tate optime de Cn. Pompeio meritis ciuis esset, propter